



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 1. Cardinalis Polus Bruxellis rebus suis intentus.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)



Klauber sc. A. 9.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CL.



JULIUS III. PONT. MAXIMUS,  
CAROLUS V. OCC. IMP.

## §. I.

*Cardinalis Polus Bruxellis rebus suis  
intentus.*

**Q**uamvis summus Pontifex missis  
etiam in Æthiopiam Viris Apo-  
stolicis, ut mox meminimus,  
ingenti propagandæ Religionis studio  
*Hist. Eccles. Tom. XLII.*      A flagra-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1554.

Ciacon. vit.  
Pont. p. 3.  
p. 631.

**Sæcul. XVI** flagraret, minime tamen propterea An-  
A.C. 1554. gliæ rebus, quæ hoc anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo quinquagesimo  
**Pallav. hist.** quarto magis prosperæ videbantur, pro-  
**Conc. Trid.** spicere negligebat: Polus enim Cardi-  
l. 13. c. 8. nalis, qui usque ad conciliatas Mariæ  
**num. 7.** Reginæ cum Philippo Hispaniæ Prin-  
cipe nuptias Bruxellis substiterat, ne-  
quaquam ibidem otiosus hærebat: cum  
autem eidem hoc connubium minus  
arrideret, hinc solita suæ eloquentiæ  
vi Carolo V. exponebat, quod rebus  
suis longe melius consuleret, si hujus  
matrimonii consilium abjiceret, eo quod  
inde Angliæ Regnum innumeris pene  
periculis exponeretur, atque ejusmodi  
nuptiæ nec Catholicis, nec Protestan-  
tibus probarentur. Verum Cæsar sur-  
das monenti præbebat aures; nil enim  
ardentius, quam hoc conjugium perfici  
in votis habebat, eapropter duntaxat  
pro pace ipsum inter, & Franciæ Regem  
concilianda eundi licentiam Polo con-  
cessit. Enimvero Carolus V. libenti  
animo inducias acceptasset, cum illæ  
rebus suis in Belgio restaurandis per-  
commodæ fuissent: attamen ob eandem  
caussam Henricus II. Galliarum Rex  
eiusmodi inducias minus acceptas ha-  
bebatur; haud enim ignorabat, quod Cæ-  
sar tam corporis, quam mentis imbe-  
cillitate laboraret, atque ob podagræ  
dolo-

dolores unius brachii, & propter ner- Sæcul. XVI.  
 vorum contractionem pedis, suorum A.C. 1554.  
 que membrorum usu destitutus esset,  
 timendumque foret, ne accedente ani-  
 mi ægritudine ob sinistrum rerum sua-  
 rum successum forte insaniæ, qua olim  
 Joanna ejus Mater subinde corripieba-  
 tur, hæres fieret; quippe tam adversa  
 valetudo, quam animi tedium tanto-  
 pere mentem ejus perturbabat, ut fer-  
 me insomnis diu, noctuque haud alio  
 occuparetur labore, quam quod horo-  
 logiorum, quorum in suq cubili quam-  
 plurima habebat, pondera jam suble-  
 varet, jam vero laxaret: hinc non  
 pauci Legationem Poli haud adeo pro-  
 spere successuram verebantur. (\*)

A 2

§. II.

(\*) Hujus injuriosæ relationis testes Continuator Ciaconium, & Pallavicinum allegare non erubuit: cum tamen neuter de ejusmodi statu Cæsar is vel verbulo mentionem faciat. Ergone Historico licet ad implendas paginas, atque ad explendam in eos, quorum gloriæ ex patriæ suæ genio invidet, convitiandi libidi-  
 nem suam supremorum etiam Principum ho-  
 norem adeo propudiose proscindere? qua ra-  
 tione ipsus in suæ Historiæ progressu pruden-  
 tissima Cæsar is consilia, & victorias enarrare  
 potuit, si ipsum adeo delirasse verum fuisset?  
 & denique, quam insulse Continuator hanc

com-